



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum anima separata a corpore possit intelligere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

stat infinitatem forme per quam aliquid est, sicut nec hoc qd dualitas semper est par, ostendit infinitatem ipsius. Magis autem hoc, qd aliquid est tempore infinito, demonstrat virtutem infinitam eius, quod est causa essendi.

AD QUINTVM dicendum, qd corruptibile & incorruptibile sunt essentialia parata, quia consequitur essentia, sicut principium formale vel materiale, non autem sit principium actiuum: sed principium actiuum perpetuitatis aliquorum est extrinsecus. & per hoc patet solutio ad sextum.

AD SEPTIMVM dicendum, qd anima habet virtutem vt sit semper: sed illam virtutem non semper habuit. & ideo non oportet qd semper fuerit: sed qd in futurum nunquam deficiat.

AD OCTAVVM dicendum, qd anima dicitur forma corporis, in quantum est causa vite, sicut forma est principium essendi. viuere. n. viuētibus est esse, vt dicit Phi. in 2. de anima.

AD NONVM dicendum, qd anima est talis forma, quæ habet esse non dependens ab eo cuius est forma, quod operatio ipsius ostendit, vt dictum est.

AD X. dicendum, qd licet anima per suam essentiam sit forma, tamē aliquid potest ei competere in quantum est talis forma. scilicet forma subsistens, quod non competit ei in quantum est forma: sicut intelligere non conuenit homini in quantum est animal, licet homo sit animal secundum suam essentiam.

AD XI. dicendum, qd licet anima & corpus conueniat ad vnum esse hominis, tamen illud esse est corpori ab anima, ita qd anima humana esse suum in quo subsistit corpori comunicat, vt ex præmissis questionibus ostensum est. & ideo remoto corpore adhuc remanet anima.

AD XII. dicendum, qd anima sensibilis in brutis corruptibilis est: sed in homine, cum sit eadem in substantia cū anima rationali, incorruptibilis est.

AD XIII. dicendum, qd corpus humanum est materia animæ humanæ proportionata, quantum ad operationes eius: sed corruptio & alii defectus accidunt ex necessitate materiae, vt supra ostensum est.

AD XIV. dicendum, qd corruptio aduenit corpori ex peccato, non ex prima institutione nature.

AD XV. dicendum, qd hoc quod dicit Philosophus, qd non est intelligere sine phantasmate, intelligitur quantum ad statum præsentis vite in quo homo intelligit per animam, alius autem modus erit intelligendi animæ separatæ.

AD XVI. dicendum, qd licet anima humana non pertingat ad illum modum intelligendi quo substantiæ superiores intelligunt: peruenit tamē ad intelligendum aliquo modo, qui sufficit ad incorruptibilitatem eius ostendam.

AD XVII. dicendum, qd licet pauci perueniant ad perfecte intelligendum: tamen ad aliquo modo intelligendum omnes perueniunt. Manifestum est. n. qd prima demonstrationis principia sunt communes animi conceptiones, quæ intellectu percipiuntur.

AD XVIII. dicendum, qd peccatum gratiam totaliter tollit. Nihil autem remouet de rei essentia, remouet tamē aliquid de inclinatione siue habilitate ad gratiam. & in quantum quodlibet peccatum de contraria dispositione inducit, dicitur aliquid de bono nature adimere, quod est habilitas ad gratiam: nunquam tamen totum bonum nature tollitur, quia semper remanet potentia sub contrariis dispositionibus, licet magis ac magis elongata ab actu.

AD XIX. dicendum, qd anima non debilitatur debilitato corpore: nec est sensitiva, vt patet per id, quod

Philosophus dicit in 1. de anima. qd si senex accipiat iuuenis, videbit viri; sicut & iuuenis. Ex quo manifestum est, qd debilitas actionis non accipit propter debilitatem anime, sed organi.

AD XIX. dicendum, quod id, quod est in solo, vertibile est in nihil, nisi manu gubernabile: sed ex hoc non dicitur aliquid corruptibile, sed ex eo quod habet in se aliquid pro corruptionis. & sic corruptibile & incorruptibile sunt predicata essentialia.

AD XX. dicendum, qd licet anima que est in corpore, sit incorruptibilis: tamen corpus quod accipit anima est subiectum transmutationis, & per hoc cedit a dispositione per quam est aptum ad vitam, & sic incidit corruptio hominis.

AD XXI. dicendum, qd anima licet per se possit non tamen per se habet speciem cum sit per

ARTICVLVS XV.

Utrum anima separata a corpore possit intelligere.

QVINTODECIMO queritur, utrum anima separata a corpore possit intelligere. Sed dicitur quod non. Nulla enim operatio iuncti manet in anima separata: sed nec operatio cōiuncti. Dicit enim Philosophus in 1. de anima, quod dicere animam intelligere, similitudine dicat eam quis texere vel edificare: ergo in re non manet in anima a corpore separata.

¶ 2 Præter Philosophum dicit in 3. de anima, quod non est intelligere sine phantasmate: sed phantasma cum sint in organis sentiendi non potest anima separata esse anima separata: ergo anima separata non potest intelligere.

¶ 3 Sed dicitur, qd Philosophus loquitur de anima dū quod est unita corpori, nō de anima separata.

¶ 4 Præter Philosophum dicit in 3. de anima, quod non est intelligere sine phantasmate: sicut videtur res: sed visus non potest videre sine colore: nec intellectus intelligit sine phantasmate: neque sine corpore.

¶ 5 Præter Philosophum dicit in 1. de anima, quod corruptio interioris quodammodo corruptio est vel calore naturali, quod quidem corruptio est in corpore separata: ergo anima a corpore separata intelligere non potest. Sed dicitur, quod anima separata intelligit quidem, non autem in re separata intelligit quidem, non autem in re quod nunc intelligit a phantasmate abstrahendo.

¶ 6 Sed contra, forma vniuersalis materiae, nec per materiam: sed propter formam. Nam formæ sunt & perfectio materiae. Vnitur autem materiae propter complementum suæ operationis: unde talem materiam forma requirit, per quam operatio forma compleri possit: sicut forma requirit materiam ferream ad perficiendum candi: anima autem est forma corporis. Vnitur tamen corpori ad complementum suæ operationis: propria autem eius operatio est intelligere: testis sine corpore intelligere frustra corpus.

¶ 7 Præter. Si anima separata intelligere potest, intelligit sine corpore, quod corpori vniuersali modo intelligunt, que phantasmata abstrahendo ad intelligendum, in substantia separata qui per phantasmata intelligimus. Deum autem, qui per phantasmata intelligimus, non per se intelligendo. Nam perfectio anima est in intelligendo. Nam perfectio anima est in intelligendo.

Com. 17. to. no. 1.

Art. 8. & 9. huius qu.

Art. 9. huius quæst.

Art. 8. huius quæst.

substantiæ est propria operatio eius. ergo si anima sine corpore intelligere potest præter phantasmata, nocuum esset ei corpore vniri, & sic non esset ei naturalis.

¶ 8. Præter. Potentiæ diuersificantur penes objecta: sed animæ intellectiua sunt objecta phantasmata, vt dicitur in 3. de ani. Si igitur sine phantasmatis intelligit separata a corpore, oportet qd habeat alias potentiâs, quod est impossibile, cum potentie sint naturales animæ, & inseparabiliter ei in hæreant.

¶ 9. Præter. Si anima separata intelligit, oportet, qd per aliquâ potentiâ intelligat: potentiâ autem intellectiua in anima non sunt nisi duæ. scilicet intellectus agens, & possibilis: per neutrum aut horû potest anima separata intelligere, vt vñ. Nam operatio vtriusque intellectus respicit phantasmata. Intellectus n. agens facit phantasmata esse intelligibilia actu: intellectus aut possibilis recipit species intelligibiles à phantasmatis abstractas. vt ergo qd nullo modo anima separata intelligere possit.

¶ 10. Præter. Vnius rei vna est propria operatio, sicut & vnus perfectibilis vna est perfectio. Si ergo operatio animæ sit intelligere accipiendo a phantasmatis, vt qd non possit esse eius operatio, se illic intelligere præter phantasmata, & ita separata a corpore non intelliget.

¶ 11. Præter. Si anima separata intelligit, oportet, qd aliquo intelligat, quia intelligere est per similitudinem rei intellecte in intelligente. Non potest aut dici, qd anima separata intelligat per suam essentiam. hoc enim solius Dei est. huius enim essentia, quia infinita, est omnem in se perfectionem præhabens similitudo est omnium rerum. Similiter et neque per essentiam rei intellectæ, quia sic intelligeret solū illa, que per essentiam suam sunt in anima. Neque et per aliquas species, vt vñ intelligere potest: non per species innatas siue cocreatas. hoc enim videtur redire in opinionem Platonis, qui posuit omnes scientias esse nobis naturaliter inditas.

¶ 12. Præter. Huiusmodi species frustra videtur esse animæ innatas, cum per eas intelligere nō possit dum est in corpore. species aut intelligibiles ad nihil aliud ordinari videtur, nisi vt per eas intelligatur. Sed diceretur, qd anima quantum est de se, potest intelligere per species innatas: sed impeditur a corpore, ne per eas intelligere possit.

¶ 13. Sed contra, quanto aliquid est perfectius in sua natura, tanto perfectius est in operando: sed anima vnita corpori est perfectior in sua natura, quā cū est a corpore separata: sicut quilibet pars in suo toto existens perfectior est. Si igitur anima separata a corpore per species innatas intelligere potest, multo magis corpori vnita potest intelligere per easdē.

¶ 14. Præter. Nihil naturalium alicuius rei totaliter impeditur per id, quod ad naturam pertinet. Ad naturam autem animæ pertinet ut corpori inuiatur, cū sit corporis forma. ergo si spēs intelligibiles sunt naturaliter indite animæ, non impeditur per unionem corporis, quin per eas intelligere possit. Cuius contrarium experimur.

¶ 15. Præter. Neq; et potest dici, ut videtur, quod anima separata intelligat per species prius acquisitas in corpore. Multæ enim animæ humanae remaneunt a corporibus separatæ, quæ nullas species intelligibiles acquisierunt, sicut patet de animabus puerorum, & maxime eorū, qui in matris uteris defuncti sunt. Si igitur animæ separate nō possent intelligere, nisi per species prius acquisitas, sequeretur, qd nō oēs animæ separatæ intelligerent.

A ¶ 16. Præter. Si anima separata non intelligeret, nisi per species prius acquisitas, sequi uir, qd non intelligat, nisi ea, qd prius intellexit, dū fuit corpori vnita. hoc aut non uir uerū. Intelligit. n. multa de penis & de pñis, quæ nūc non intelligit. Non ergo anima separata intelliget tantum per species prius acquisitas.

¶ 17. Præter. Intellectus efficitur in actu per speciem intelligibilem, in eo existentem: sed intellectus actu existēs actu intelligit. ergo intellectus in actu intelligit omnia illa quorum species intelligibiles sunt actu in ipso. Videtur igitur quod species intelligibiles non conferuntur in intellectu, postquā delinir actu intelligere, & ita non remanet in anima post separationem, ut per eas intelligere possit.

B ¶ 18. Præter. Habitus acquisiti actus similes reddunt illis actibus, ex quibus acquiruntur, ut patet per philo. in 2. Ethic. Aedificatio enim fit homo adificator, & iterum edificator factus potest edificare: sed species intelligibiles acquiruntur in intellectu per hoc, quod conuertitur ad phantasmata. ergo nunquam per eas potest intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata. Separata igitur a corpore per species acquisitas intelligere non potest, ut uidetur.

¶ 19. Præter. Neque etiam dici posset, quod intelligat per species influxas ab aliqua superiori substantia, quia vnumquodq; receptiuum habet propriū agens a quo natum est recipere. Intellectus autem humanus natus est recipere a sensibus. Non igitur recipit a substantiis superioribus.

C ¶ 20. Præter. Ad ea, qd nata sunt causari per agētia inferiora, nō sufficit sola actio superioris agentis, sicut animalia, qd sunt nata generari ex femine non inueniuntur generata ex actione solis tñ: sed anima humana nata est recipere species a sensibilibus. Non ergo sufficit ad hoc, qd acquirat species intelligibiles, solum influxus substantiarū superiorū.

¶ 21. Præter. Agens debet esse proportionatū patienti, & influens recipienti: sed intelligentia substantiarum superiorum non est proportionata intellectui humano, cum habeat scientiam magis vniuersalem, & incomprehensibilem nobis. Non igitur anima separata per species influxas a substantiis superioribus intelligere potest, ut uidetur, & sic nō relinquitur aliquis modus, quo intelligere possit.

SED CONTRA, Intelligere est maxima & propria operatio aīe. Si igitur intelligere nō conuenit aīe sine corpore, nulla alia operatio ipsius conueniet ei: sed si nō conuenit ei aliqua operatio sine corpore, impossibile est aīam separatā esse: ponimus aut aīam separatā, ergo necesse ē ponere eā intelligere.

¶ 2. Præter. Illi, qui resuscitati leguntur in scripturis, eandem notitiam postea habuerunt quam prius, ergo notitia eorū, quæ homo in hoc mundo scit, non tollitur post mortem. potest ergo anima per species prius acquisitas intelligere.

¶ 3. Præter. Similitudo inferiorū inuenitur in superioribus. vnde & mathematici futura pñuntiant, cōsiderantes similitudines eorū, quæ hic aguntur in celestibus corporibus. sed anima est superior in natura omnibus corporalibus rebus. ergo omnium corporalium similitudo est in anima, & per modum intelligibilem, cum ipsa sit substantia intellectiua, vt ergo quod per suam naturam omnia corporalia intelligere possit, etiam cum fuerit separata.

RESPON. Dicēdū, qd huic quæstioni dubitanonem affert hoc, qd anima nostra secundam præsentem statum ad intelligēdum se sensibilibus indigere inuenitur. unde in huiusmodi diuertam indigentia rationē, diuersimode oportet de veritate huius

Cap. 1. & 2. tom. 1.

Ref. id Ari.
7. Meta. cō.
6. tom. 3.

In dia. de re
publ. a. mcd.
Illius.

Li. 8. Metap.
ca. 7. & li. 9.
629. 4.

huius quæstionis existimare. Posuerunt enim quidam. s. Platonici, q̄ sensus sunt animæ necessarii ad intelligendum, nō per se quasi ex sensib. in nobis causatur scientia, sed per accidens; in quantum scilicet per sensus quodammodo excitatus anima nostra ad rememorandum, quæ prius nouit, & quorum scientiam naturaliter inditam habet. Et sciendum est ad huiusmodi intelligentiam, q̄ plato posuit species rerū separatas subsistentes & actu intelligibiles, & nōminauit eas ideas, per quarum participationem, & quodammodo influxum posuit animam nostram scientem, & intelligentē esse, & antequam anima corpori vniatur, ista scientia liberè poterat vti: sed ex vnione ad corpus intus erat prægrauata, & quodammodo absorpta, quod eorum, quæ prius sciuerat, & quorum scientiam cōnaturalem habebat oblitē videbatur, sed excitabatur quodammodo per sensus, vt in ipsa rediret, & reminisceretur eorū, quæ prius intellexit, & quorū scientiā innatam habuit: sicut et nobis interdū accidit, q̄ ex inspectione aliquorum sensibilium, manifeste reminiscimur aliquorum, quorū oblitē videbamur. Hæc autē eius positio de scientiā & sensibilib. conformis est positioni eius circa generationem rerum naturalium. Nam formas rerū naturalium per quas vnūquodq; indiuiduū in specie collocatur, ponebat prouenire ex participatione idearū prædictarum: ita quod agentia inferiora nō sunt, nisi disponētia materiam ad participationem specierū separatarū. Et si quidem hæc opinio teneatur, hæc quæstio facilis, & absoluta est. Nam s̄m hoc, anima non indiget sensibilibus ad intelligendum s̄m suam naturam: sed per accidens, quod quidē tollitur cum anima fuerit à corpore separata. Tunc enim cessante aggrauatione corporis, excitante non indigebit: sed ipsa per se ipsam erit quasi vigil, & expedita ad omnia intelligenda, sed s̄m hanc opinionem non v̄r, q̄ possit assignari rationabilis causa, propter quam anima corpori vniatur. Nō enim est hoc propter animā, cum anima corpori non vnita perfecte propriam operationē habere possit, & ex vnione ad corpus eius operatio propria impeditur. Similiter et non potest dari, q̄ propter corpus. Nō enim anima est propter corpus: sed corpus magis propter animā, cum anima sit nobilior corpore. Vnde & incōueniens v̄r, q̄ anima ad nobilitandū corpus sustineat in sua operatione detrimentum: v̄r etiam sequi ex hac opinione, q̄ vnio animæ ad corpus nō sit naturalis. Nam quod est naturale alicui, nō impedit eius propriam operationem. Si igitur vnio corporis impedit intelligentiā animæ, nō erit naturale animæ corpori vniri, sed contra naturam, & ita homo qui constituitur ex vnione animæ ad corpus, non erit aliquid naturale, quod v̄r absurdum. Similiter in experimento patet, q̄ scientia in nobis non prouenit ex participatione specierum separatarum: sed a sensibilib. accipitur, quia quibus deest vnus sensus, deest scientia sensibilium, quæ illo sensu apprehenduntur: sicut cæcus natus non potest habere scientiam de coloribus. Alia autem positio est, q̄ sensus profunt animæ humanæ ad intelligendum, nō per accidens, sicut prædicta opinio ponit, sed per se: non quidem, vt a sensibilib. accipiamus scientiā: sed quia sensus disponit animam ad acquirendum scientiam aliunde, & hæc est opinio Auic. Ponit enim quod est quædā substantia separata, quam vocat intellectum, vel intelligentiam agentem, & quod ab ea efficiunt spe-

cies intelligibiles in intellectu nostro per se intelligimus, & quod per operationē sensibilib. imaginatiōē, & alia huiusmodi operatiōē intellectus noster, vt conuertat se ad intellectum agentem, & recipiat influentiam specierum sensibilium ab ipsa, & hoc etiam conuenit: ipse opinatur circa generationes rerū naturalium, & ponit enim quod omnes formas substantiarum naturalium disponit solum materiam ad receptionem formæ ab intelligentia agente. Secundum hanc opinionem, v̄r quæstio hæc parū difficilis habere. Si enim sensus non sunt necessarii ad intelligendum, nisi secūndum quod disponunt ad capiendum species ab intelligentia agente, potest quod anima nostra conuertatur ad ipsam, si iam erit a corpore separata per se ipsam conuertatur ad intelligentiam agentem, & recipiat influentiam ab ea. Nec sensus erunt necessarii ad intelligendum sicut natus, quæ est ad adtransfere dū, cū aliquis à transmigratione necessaria non est: sed ex hac opinione, si homo statim acquirat omnem scientiam rerum, quæ sensu percipit, quæ ab ipso sunt intelligimus per species effluentes in intelligentiam agentem, & ad huiusmodi intelligentiam, non requiritur nisi conuersione tantum ad intelligentiam prædictam, quæ conuertatur ad eam conuersa, potest recipere quæque speciem intelligibilem in intellectu potest dici, quod conuertatur quantum ad se, & non quantum ad aliud, & ita conueniunt ad sonos potest accipere sonorum, vel quorumcumque aliorū sensuum, patet esse falsum. Manifestum est etiam, q̄ intelligentiæ sensuæ sunt nobis necessaria: sed non solum in acquisitione scientiæ in utendo scientiā iam acquisita. Non enim mus considerat eā, quorum scientiā nisi conuertendo non ad phantasiam prædictam dicit. Inde enim est, q̄ intellectus animalium sensuæ sunt, per quas conuertuntur adprehenduntur phantasmatum, impediuntur in considerando etiam ea quorum scientiam nobis diuinitus sunt per influxum intellectus superiorum, indigemus aliquibus phantasmatibus, unde dicit Dionysius, cap. cœl. licet animalia non habentibile est nobis aliter lucere diuinum rationum varietate sacrorum nelaminum uicium, quidem nō est, si phantasmatum non est necessaria, nisi ad conuertendū nos ad intellectus superiores: & ideo aliter dicitur, q̄ phantasmatum sunt necessaria: anima ad intellectum non per accidens tamquam extraneas, potest, neque disponentes tantum, sicut Auicem. sed ut representantes animæ proprium obiectum, ut dicit Philo. in 4. phantasmatum sunt, sicut intellectus animalium: sed sicut colores non sunt intelligibilia actu, nisi per lumen, ita phantasmatum sunt intelligibilia actu, nisi per intellectum agentem, & hoc consonat ei, quod ponimus circa operationem rerum naturalium. Sicut enim quod agentia superiora mediantibus operantibus naturalibus, causant formas naturales, quæ sunt intelligibilia actu, causat scientiam in intellectu nostro: Nec refert ad prop-

vt om intellectus agens sit substantia separata, vt quod ponunt, vel sit lumen, quod anima nostra participat ad similitudinem substantiarum superiorum: sed secundum hoc iam difficilius est videre, quomodo anima separata intelligere possit. Non enim erunt phantasmata, quae indigent ad sui apprehensionem, & conseruationem organis corporeis, quibus sublati, vt uidetur, non potest intelligere anima, sicut nec coloribus sublati, potest visus videre. Ad hanc igitur difficultatem tollendam considerandum est, quod anima cum sit infima in ordine intellectuarum substantiarum, infimo, & debilissimo modo participat intellectuale lumen, sicut intellectualem naturam. Nam in primo intellectu. scilicet Deo, natura intellectualis est adeo potens, quod per vniam formam intelligibilem, scilicet essentiam suam omnia intelligit: inferiores vero substantie intellectuales per species multas: & quanto vnaqueque earum est altior, tanto habet pauciores formas, & virtutem magis potestatem ad intelligendum omnia per formas paucas. Si autem substantia intellectualis inferior haberet formas ita vniuersales, sicut superior, cum non adfir ei tanta virtus in intelligendo, remaneret eius scientia incompleta, quia tunc in vniuersali res cognosceret, & non posset deducere cognitionem suam ex illis paucis ad singula. Anima ergo humana, quae est infima si acciperet formas in abstractione, & vniuersalitate conformes substantijs separatis, cum haberet minimam virtutem in intelligendo, imperfectissimam cognitionem haberet, vt prope cognoscens res in quadam vniuersalitate, & consensione. & ideo ad hoc, quod eius cognitio perficiatur, & distinguatur per singula, oportet quod a singulis rebus scientiam colligat veritatis, lumine tamen intellectus agentis ad hoc necessario existente, vt altiori modo recipiantur in anima quam sunt in materia. Ad perfectionem igitur intellectualis operationis, necessarium fuit animam corpori vniri. Nec tamen dubium est quin per motus corporeos, & occupationem sensuum anima impediatur a receptione influxus substantiarum separatarum. vnde dormientibus, & alienatis a sensibus quaedam reuelationes sunt, quae non accidunt sensu vtentibus. Quando ergo anima erit a corpore totaliter separata, plenus percipere poterit influentiam a superioribus substantijs, quantum ad hoc quod per huiusmodi influxum intelligere poterit absque phantasmate, quod modo non potest: sed tamen huiusmodi influxus non cauabit scientiam ita perfectam, & ita determinatam ad singula, sicut est scientia quam hic accipimus per sensus, nisi in illis animabus, quae supra dictum naturalem influxum habebunt alium supernaturalem ad omnia plenissime cognoscendam, & ad ipsum Deum videndum. habebunt etiam animae separatae determinatam cognitionem eorum, quae prius hic sciuerunt, quorum species intelligibiles conseruantur in eis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa verba Aristoteli dicit non secundum propriam sententiam, sed secundum opinionem illorum, qui dicebant, quod intelligere est moueri, vt patet ex his, quae praemisit ibi.

AD SECVNDVM dicendum, quod Philosopho loquitur de operatione intellectuali animae, secundum quod est corpori vnita. Sic enim non est sine phantasmate, vt dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod secundum statum praesentem quo anima corpori vnitur, non participat a substantijs superioribus species intelligibiles, sed solum lumen intellectuale. & ideo indiget phantasmatis

A vt obiectis a quibus species intelligibiles accipiat: sed post separationem amplius participabit etiam intelligibiles species. vnde non indiget exterioribus obiectis, & similiter dicendum est ad quartum.

AD QVINTVM dicendum, quod Philosopho loquitur secundum opinionem quorundam, qui posuerunt intellectum habere organum corporale, sicut & sensum, vt patet per ea quae ante praemittuntur. hoc enim posito praenitens anima separata intelligere non posset. Vel potest dici, quod loquitur de intelligere secundum modum intelligendi, quo nunc intelligimus.

AD SEXTVM dicendum, quod anima unitur corpori per suam operationem, quae est intelligere, non quia sine corpore quoquo modo intelligere non posset, sed quia naturali ordine sine corpore perfecte non intelligeret, vt expositum est. & per hoc patet solutio ad septimum.

AD OCTAVM dicendum, quod phantasmata non sunt obiecta intellectus, nisi secundum quod sunt intelligibilia actu per lumen intellectus agentis. vnde quaecumque species intelligibiles actu recipiuntur in intellectu, & vnde cumque, non habebunt aliam rationem obiecti formalem, penes quam obiecta potentias diuersificant.

AD NONVM dicendum, quod operatio intellectus agentis, & possibilis respicit phantasmata secundum, quod est anima corpori vnita: sed cum erit anima a corpore separata per intellectum possibilem recipiet species effluentes a substantijs superioribus, & per intellectum agentem habebit virtutem ad intelligendum.

AD X. dicendum, quod operatio propria animae est intelligere intelligibilia actu. Nec per hoc diuersificat species intellectualis operationis, quod intelligibilia actu sunt accepta a phantasmatis, vel aliunde. **AD XI.** dicendum, quod anima separata non intelligit res per essentiam suam, neque per essentiam rerum intellectarum, sed per species influxas a substantijs superioribus in ipsa separationem, non a principio cum esse incipit, vt Platonici posuerunt. Per hoc etiam patet solutio ad duodecimum.

AD XIII. dicendum, quod anima cum est corpori vnita, si haberet species innatas per eas, posset intelligere, sicut intelligit per acquisitas: sed licet sit perfectior in natura sua, tamen per motus suos corporeos & occupationes sensibiles retinet, vt non possit ita libere coniungi substantijs superioribus ad recipiendum influxum earum, sicut post separationem.

AD XIII. dicendum, quod non est naturale animae, vt per species influxas intelligat, cum est corpori vnita: sed solum postquam est separata, vt dictum est.

AD XV. dicendum, quod animae separatae poterunt etiam intelligere per species prius acquisitas in corpore: sed tamen non solum per eas, sed etiam per influxas, ut dictum est. & per hoc patet solutio ad decimum sextum.

AD XVII. dicendum, quod species intelligibiles quae doque sunt in intellectu possibili in potentia tamen, & tunc homo est intelligens in potentia & indiget aliquo reducete in actum, vel per doctrinam, vel per inuentionem. Quandoque autem sunt in eo in actu perfecto, & tunc intelligit actu. Quandoque autem sunt in eo medio modo inter potentiam, & actum, scilicet in habitu, & tunc potest intelligere actu quomodo uoluerit. & per hunc modum species intelligibiles acquisitae sunt in intellectu possibili quando actu non intelligit.

AD XVIII. dicendum, quod sicut iam dictum est, operatio intellectualis non differt specie, sive intelligibile actu, quod est obiectum intellectus, accipitur a phantasmate.

In corp. ar.

D. 187.

In corp. ar.

In corp. ar.

phantasmatibus, siue vndecumque. Operatio enim potentia recipit distinctionem & speciem secundum obiectum quantum ad formalem rationem ipsius, non secundum id, quod est materiale in ipso. & ideo si per species intelligibiles conseruatas in intellectu, prius autem acceptas a phantasmatibus, anima separata intelligat non conuertendo se ad phantasmata, non erunt dissimiles specie operatio quæ ex speciebus acquisitis causatur, & per quam species acquiruntur.

Ad XIX. dicendum, quod intellectus possibilis non est natus recipere a phantasmatibus: nisi secundum quod phantasmata sunt actus per lumen intellectus agentis, quod est quædam participatio luminis substantiarum superiorum. & ideo non remouetur, quin a substantiis superioribus recipere possit.

Ad XX. dicendum, quod scientia in anima nata est causari a phantasmatibus secundum statum, quo est corpori vnita: secundum quem statum non potest causari a superioribus agentibus tantum: poterit autem hoc esse, cum anima fuerit a corpore separata.

Ad XXI. dicendum, quod ex hoc quod scientia substantiarum separatarum, non est proportionata animæ nostræ, non sequitur quod nullam intelligentiam ex eorum influxu capere possit: sed solum quod non possit capere periectam & distinctam, ut dictum est.

ARTICVLVS XVI.

Utrum anima coniuncta corpori, possit intelligere substantias separatas.

s. par. 9. 88. art. 1.

SEXTODECIMO queritur, utrum anima coniuncta corpori possit intelligere substantias separatas. Et vbi quod sic. Nulla enim forma impeditur a fine suo per materiam, cui naturaliter vnita. Finis enim animæ intellectuæ vbi esse intelligere substantias separatas, quæ sunt maxime intelligibiles. vniuersusque enim rei finis est, ut perueniat ad perfectum in sua operatione. Non ergo anima humana impeditur ab intelligendo substantias separatas per hoc, quod vnita tali corpori, quod est propria eius materia.

Cap. 7. & 8. tom. 3.

¶ 2 Præter. Finis hominis est felicitas vltima autem felicitas secundum Philo. in 10. Ethic. consistit in operatione altissimæ potentia. scilicet intellectus: respectu nobilissimi obiecti, quod non videtur esse nisi substantia separata ergo vltimus finis hominis est intelligere substantias separatas. Inconueniens autem est, si homo totaliter deficiat a fine suo, si enim vanum esset. Cognoscere ergo potest homo substantias separatas: sed de ratione hominis est quod anima corpori sit vnita, ergo anima vnita corpori intelligere potest substantias separatas.

¶ 3 Præter. Omnis generatio peruenit ad aliquem terminum. nihil enim in infinitum mouetur. Est autem quædam intellectus generatio, secundum quod de potentia in actum reducitur, prout scilicet fit actu sciens. hoc ergo non procedit in infinitum: sed peruenit quandoque ad aliquem terminum, ut scilicet totaliter sit factus in actu, quod esse non potest, nisi omnia intelligibilia intelligant, inter quæ præcipue sunt substantiæ separatae, ergo intellectus humanus ad hoc peruenire potest. quod intelligat substantias separatas.

¶ 4 Præter. Difficilius videtur facere separata ea, quæ non sunt separata, & intelligere ea, quam intelligere ea quæ secundum se sunt separata: sed intellectus noster etiam corpori vnitus facit separata ea quæ non sunt secundum se separata, dum abstractit species intelligibiles a rebus materialibus, per

F quæ res materiales intelligit, ergo multo poterit intelligere substantias separatas.

¶ 5 Præter. Excellentia sensibilia pro tanto sentiuntur, quia eorum punctum amissionis Si autem esset aliquod organum sensus, non corrumpetur ab excellenti sensibilibus, quæ sensibile esset excellentius, tunc magis sentiret Intellectus autem nullo modo corrumpitur intelligibilis: sed magis perficitur, ergo ratio magis intelligibilia magis intelligit, sed si separata quæ sunt secundum se actu intelligi vt pote immateriales, sunt magis intelligibiles nisi in potentia, ergo cum anima etiam vnita corpori intelligat substantias separatas, multo magis intelligere potest substantias separatas.

¶ 6 Præter. Anima intellectiua etiam vnita abstractit quidditatem a rebus habentibus quidditatem. & cum non sit in infinitum abstracta, quod perueniat abstractio ad aliquam quidditatem quæ non sit res habens quidditatem quidditatis tantum. Cum ergo substantia nihil aliud sint quam quædam quidditas existentis, videtur quod anima vnita corpori intelligere possit substantias separatas.

H ¶ 7 Præter. Innatum est nobis per effectum cognoscere, oportet autem aliquos effectus naturarum separatarum in rebus sensibilibus materialibus esse, cum omnia corpora angelos administrantur, vt patet per Aristotelem. potest igitur anima vnita corpori intelligere substantias separatas intelligere.

¶ 8 Præter. Anima vnita corpori immens mens enim intelligit se & amat se, ut patet 9. de Trin. sed ipsa est de natura substantiarum separatarum intellectu. ergo immens potest intelligere substantias separatas.

¶ 9 Præter. Nihil est frustra in rebus. Ergo videtur esse intelligibile, si a nullo intelligatur, ergo substantias separatas, cum intelligibiles, intellectus noster intelligere potest. ¶ 10 Præter. Sicut se habet visus ad visibilia, ita intellectus ad intelligibilia: sed visus noster potest cognoscere omnia visibilia etiam inchoate quamuis ipse sit corruptibilis, ergo intellectus noster, etiam dato, quod essent corruptibiles, intelligere substantias separatas inchoate cum sint per se intelligibiles.

SED CONTRA, Nihil sine phantasmatibus anima, ut dicit Philosophus in 3. de anima phantasmatata non possunt intelligi substantias separatas, ergo anima vnita corpori non potest intelligere substantias separatas.

RESPON. Dicendum, quod hanc quæstionem promissit se determinaturum in 3. de anima inueniat determinata ab ipso in libris eius nos peruenit vnde de sectoribus eius in diuersis modis procedendi ad huiusmodi solutionem. Quidam enim putauerunt, quod anima etiam corpori vnita potest peruenire ad substantias separatas, & hoc peruenit ad huiusmodi felicitatem humanam: sed in modo dicto est apud eos diuersitas. Quidam autem putauerunt, quod anima nostra potest peruenire ad substantias separatas, non quod esse esse peruenimus ad intelligendum alia intelligenda quibus instrumur in scientiis speculatiuis: sed per rationes & demonstrationes. sed per rationes & demonstrationes.